Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 2329

Quelle:
Copyright:

gromantę, item *Cardanus* (Hier.) *Cardone horridior.* Oſtenſo dein, quo modo his occurrendum ſit, ſuadet *Breviarii*, *Calendarii*que reformationem rejectis *Pauli* (de Middelburgo) *Foroſempron. Epiſcopi*, *Joh. Regiomontani*, *Petri Pitati* et *Joh. Stofflerini* conatibus Claudit tandem memorandam Epiſtolam: *Hęc habui, quę ſubmonerem Franciscus Maurolycus, inter diſſidia et trepidationes dolium meum uoluens, et quamuis uerba mea non pluris, quam Elephantus muſcam, faciatis, mihi tamen aliquatenus ſatis fecero* &c. *Meſſanę in freto Siculo Kal. Octobris* MDLXII.

Fol. 268. *Annotationes Canoniſtarum in Gallorum de Reformatione Poſtulata.* Trifariam diuiduntur: In *Petitiones, quibus jam proſpectum eſt, quibus uidetur proſpiciendum eſſe;* et *quę non uidentur admittendę, aut maturius conſiderandę.* Singulae deinceps expenduntur.

Fol. 272. *Collecta pro Materia de Votis Monachorum.* In Genere et in Specie, cum Refutatione Aſſertorum Confeſſ. *Auguſtanae.*

Fol. 286. *Collecta pro Materia de Coelibatu. Ex Actis*, ut dicitur, *Ratiſpon. Eckii*, *Paulo* Apoſt. et *Judicio Colon.*

Fol. 288. p. 2. *Conſultatio de Reſponſione danda Scriptis Bohemię miſſis a Reuerendo Nuntio Proſpero S. Crucis, per Fratrem Hieronymum.* Id eſt, ipſum *Seripandum.* Ad a. 1548. pertinet, quo, teſte *Pallavicino* in *Hiſt. Conc. Trid.* P. II. L. 10. c. 16. *Sanctacrucius* ad Rom. Regem Legatus juſſus erat etiam *Bohemorum* reconciliationem curare. Agit vero breviter de Communione ſub utraque, cultu *Joannis Huſſi*, Sacramentorum Adminiſtratione, Poteſtate Eccleſiae, et Compactatis.

Fol. 289. p. 2. Obſervata varia de Poſtulatis *Ferdinandi* Imp. *Gallorum* et *Luſitanorum* a Concilio transmiſſa Pontifici; atque inter haec nominatim *Judicium Paleotti* (Gabr.)

Fol. 300. De Euchariſtia quaedam: *Petri Soti O. P. Annotationes in Decretum de Sacrificio Miſſę reformatum a Deputatis;* item *Decreti de Conceſſione Calicis Formæ tres.* Autor primae tacetur, ſecunda mox dicti *Paleotti*, tertia *Vrbeuetani* eſt nempe *Sebaſt. Vantii.* Senſu conveniunt omnes cum *Decreto* dato *Seſſ.* XXII. Accedit: *Propoſitio quę mihi facienda uidebatur de Conceſſione Calicis, quę tamen facta non eſt hoc modo, ſed neſcio quomodo.* Ingreſſus eſt ſolummodo ad *Decretum*, qui ita terminatur: *Vt ergo ex tanta ſententiarum uarietate* (vide *Pallav. Hiſt. cit.* P. II. L. 18. c. 4.) *in qua carnis et ſatanę opera apparuerunt, ad fructum aliquem Spiritus perueniamus, non abs re fuerit formulam adinuenire decreti — cuiusmodi forte hęc eſt.* Verba *Seripandi* puto.

Fol. 304. *Doctrina de Sacrificio Miſſę cum canonibus, concepta per Deputatos, reuiſa per Serip.* Ut *Seſſ.* XXII. Concilii.

Fol.